

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Bacmeister

**Programma In Exequiis ... Dn. M. Johannis Posselii Graecae linguae in hac
Academia Professoris ...**

Rostochi[i]: Pedanus, 1623

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755906411>

Druck Freier  Zugang



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn755906411/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755906411/phys_0001)

DFG

KL-241(4)¹

Oldendorp: Warhaftige entschul-
dinge. Rostock, 1533

wurde aus dem Band gelöst.
Steht bei Rara -

KL-241.(4) <SON>

bestrohlt 2000



PROGRAMMA
In Exequijs
*CLARISSIMI ET EXCELLENTISSIMI
VIRI*
**DN. M. JOHANNIS
POSELII**

Græcæ linguae in hac Academia Professo-
ris eximij & Facultatis Philosophicæ
SENIORIS,

Puplicè propositum

RECTOR

IOANNE BACMEISTERO
Phil. & Med. D. & Prof.



RostochI
Typis Joachimi Pedani Acad. Typog.
ANNO M. DC. XXIII.

Kl. 241

52.

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTO-
CHIENSIS,
JOANNES
BACMEISTERUS,
Philosophiæ & Medic.
D. & Professor. P.



Uisquis humanam vi-
tam quocunq; modo ingressus est,
nihil prius vel utilius cogitare po-
test, quam de felici egressu: quo
non tantum ijs malis, quæ copiosissima & gravissima imminent omni-
bus in hac vita liberetur, sed ad eo-
rum, quæ post hanc vitam exspe-
ctamus bonorum plenam perceptionem ac beatam fruitio-
nem perveniat. Id ab initio sui in hanc vitam ingressus pie
ac diligenter fecisse clariss. virum Dn. M. JOHANNEM
POSSELIUM Græcæ linguae apud nos Professorem bene-
meritum, ipsa vivendi series ac tela, quam à prima luce exor-
sus ad extremam usq; pertexuit, luculenter indicat. Cum
enim anno Christi 1565. die 16. Junij seculo proximè præce-
denti, paulo post horam 12. meridianam natus esset, ex patre
Clarif-

Clarissimo & præstantissimo Viro M. JOHANNE POSSE-
LIO Professore, de Græcis literis & hac Academia, in qua
illas publicè magno cum fructu & laude docuit, matre vero
ANNA OLDENBORGIA ex antiquissima hujus civitatis
OLDENBORGIORUM familia, quæ cum ista matrona
extincta fuit, hanc primam felicis vitæ partem sortitus est.
Licet enim aliena laude gloriari videatur, qui parentes ja-
ctat, nec de suo quidq; honesti addit, tamen si quis ad laudes
parentum suæ quoq; virtutis merita adjiciat, plurimum id
momenti & ad vitæ felicitatem, & ad existimationis glo-
riam, conferre rectissimè judicatur. Majorum gloria poste-
ris lumen est, neq; bona neq; mala eorum, in occulto pati-
tur: Sed posteriorum virtus facit, ut majores quoq; non suâ
tantum beatitudine in vitâ floruisse, sed & post mortem in
minoribus ea frui existimentur. Quin etiam ipsius anni,
qui hunc nostrum defunctum terris dedit, ac temporis ratio
non nihil momenti ad vitæ nostræ meditationem, imò longè
plurimum afferre videtur. Si enim florentissimarum civi-
tatum ingentia corpora mutationibus verè fatalibus ita ob-
noxia sunt, ut paulò momento gravissimos casus experian-
tur: quid nobis homunculis quolibet somnio, imò umbrâ
somnij vanioribus exspectandum erit? Sed ne ista comme-
moratio parum jucunda hanc nobis vitæ ac mortis com-
mentationem interturbet, ad alteram ejus partem venie-
mus, quæ natum isto anno Dn. POSSELIUM ex infantia
ad pueritiam, ex cunis ad Museum, à maternis überibus ad
parentis curam ac literarum elementa quasi prima incuna-
bula Musarum traduxit. Ut enim pietatis ac cæterarum
virtutum semina cum lacte materno hausta erant: ita dein-
ceps ad majorem cultum & fructum à patre snbigi & augeri
ceperunt. Qui labor fideli ac sollicito parenti sic processit, ut
hunc, à manu & curâ suâ alumnum ac discipulum filium

vix adolescentem idoneum deprahenderet, qui ad publica
subsellia Doctorum itare posset, atq; ex illorum ore hauri-
ret, quæ audientem instruerent, non solum cultu humani-
tatis & copiâ literarum, sed & medicinæ haut vulgari cogni-
tione ornarent. Quam ad præceptoribus usus est viris
per totam Europam longè clarissimis D. HINRICO BRU-
CÆO, D. LEVINO BATTO, D. MATTHIA FLACIO
ILLIRICO, quorum ex ore uti assiduē pendebat, ita nun-
quam nisi doctior ab illis recedebat. Neq; satis id habuit,
aliquamdiu in hac patriâ Academia sedulò ac diligenter stu-
duisse: quin ad alias qnoq; sibi eundum censuit, ubi præter
literas morum quoq; elegantiam ac hominum præcipue
doctorum noticiam acquirere sibi posset. Placuit ante alias
illustris JULIA, quæ est Helmsteti, quæ tum in magno erat
nomine, ut ne hodie quidem esse desinit, non solum ob Phi-
losophiæ studium ac Linguarum, quod viri clarissimi tracta-
bant, sed & Medicinæ in quo præcipui erant D. JACOBUS
HORSTIUS, qui hunc nostrum filij loco dilexit, eiq; pluri-
ma artis Medicæ arcana privatim domi sūx communica-
vit. Neq; deerat ei D. FRANCISCUS PARCOVIUS, D.
JOHANNES SIGFRIDUS & alij, quorum assiduo & fami-
liari usu eos in hoc studio progressus fecit, idq; brevi spacio
temporis, ut summus in arte Medicâ gradus ei Præceptorum
communi suffragio ac censura illic offerretur. Verum amor
Philosopiæ ac Linguarum, præfertim Græcæ, potior illi fuit,
itaq; ei arrisit, ut anno 1587. in patriam Academiam rever-
sus 3. Id. Octob. à Clariss. & Præstantiss. viro Dn. M. NICO-
LAO GONIÆO sanctæ Lingua Professore summos in Phi-
losophiâ honores petijt ac impetravit: quorū præter alios,
habuit competitores viros Clariss. & Excellentiss. honoris
ergo jure meritoq; nominandos D. JOHANNEM BAC-
MEISTERUM, hujus Academiæ bene meritum Professo-
rem,

rem, & p. t. Magnificum Rectorem, ac DUNCANUM LID-
DELUM Scotum, qui non voce tantum publicâ Philoso-
phiam & Medicinam, in hâc & JULIA Academia ornavit,
sed & ingenij editis ac doctrinæ monumentis præclarè illu-
stravit. Hactenus in umbrâ Scholarum defunctus noster
in dissentium loco versatus erat, nisi quod interdum erudi-
tionis quædam proferret indicia: quæ cum ad Senatus
FLENSBURGENSIS oculos & aures in HOLSATIAM per-
venissent, fecerunt, ut hunc suæ Juventuti, quæ tunc Ludi
literarij Rectorei desiderabat, informandæ præficerent, &
præfecerunt quidem, sed industriâ ac fide ejus in hoc officio
non diu gaudere potuerunt. Cum enim sequenti anno pa-
rens ejus vir laudatissimus professionis labores unâ cum
vitâ deposuisset, hic filius illius, non minus literarum Græ-
carum, quibus pater abundabat, quam cæterarum Faculta-
tum, quas liberis reliquerat, hæres, ut hactenus in studio
literarum vestigia ejus diligenter observarat, ita in officio
Professorio successor futurus ad Academiam revocatur. Ita
ergo, qui ex patre Professore natus hanc primam felicis vitæ
partem sortitus est, alteram quoq; institutionis, apud paren-
tem, qui & pôterat ipse eruditissimus, & volebat sine invi-
diâ Præceptor fidelissimus, obtinuit. Sed hoc tertium, quod
succesit & patri & Præceptori, cum sit rarissimum, eò ma-
jori in felicitate habendum puto. Quid? quod ipsum patrem
superare, atq; ita nomen suum inter eos censi voluit, qui
~~meritos à meus~~ & pauci quidem juxta Poëtam inveniuntur.
Cum enim regendæ pueritiæ artem in Flensburgensi officio
ostendisset, Ampliss. hujus urbis Senatus Anno 1605. suam
ei Scholam commisit ac fidem ejus diligentiamq; toto de-
cennio in hujus muneric functione satis superq; depræhen-
dit ac probavit. Si quis apud manes defunctorum sensus est,
de quo Ethnici dubitabant, pater ejus qui solos Academicæ

Professionis labores feliciter sustinuerat, haud dubiè filium
gratulabundus excipiet, quod non tantum parentis laudem
Professoriam æquare, sed & hac Scholaſtici laboris accessione
superare voluerit. Quartam felicis vitæ partem reddi-
dit ei Matrimoniū, quod contraxit cum honestissima virgine
Isabe Wedegen Ampl. vii Dn. JOACHIMMI WEDEGEN
p. m. Senatoris gravissimi Filiā, expertus enim est id hone-
stum, fructuosum, jucundum. Honestum fuit, quod ex do-
mo Senatoria, virginem, præter alias opes, formā ac vir-
tute dotatam duxit: fructuosum, quod septenario agmine li-
berorum & quidem masculorū, M. JOHANNIS, JOACHI-
MI, HENRICI, duorum GEORGIORUM ac duorum
MARTINORUM ornatam ac munitam domum habuit,

Στήλη ρώσικων παιδες έπονος αρρένες.

Jucundum deniq;, quod uxore usus commodissimā, & libe-
ris gavisus florentibus vitam egerit: nisi quod, ut sunt hu-
mana, liberorum series aliquantum imminuta sit, cum ex
istis septem in itinere ad alteram vitam, tres patrem ante-
cesserint, eiq; suo obitu nonnihil mœroris attulerint: quod
tamen quatuor adhuc superstites pietatis, virtutis ac bona-
rum literarum diligentí studio facilè discusserunt. Accessit
etiam alind, quod hanc felicitatis partem, non omnino so-
lidam ac perpetuam defuncto nostro, quippe homini nato
permisit. Cum enim Scholæ senatoriæ præfuisset Rector,
ut commemoravimus, non sine sanitatis insigni dispendio,
propter curas ac molestias isti loco & officio proprias, Scor-
buto, ante annos non ita multos correptus est, eoq; gravis-
simio morbo in hisce locis maximè ob vitium aquarum En-
demio, per aliquot menses lethaliter decubuit. Quod con-
tumax malum cum bonâ diætâ tûm convenienti pharma-
cia tunc temporis ab eo feliciter propulsum esset; tamen

quot-

quotannis sub initium veris & Autumni recrudescente & re-
cidivam facere visum est, ex malâ viscerum affectione ac
dispositione ob quam , ubi malum semel vires cepit, vix ra-
dicitus evelli potest: semina enim quædam relinquentur,
quæ Scorbutum singulis annis aut pluribus inter labentibus,
pro pravi victus ratione, aut mali magnitudine in visceribus
relicta renovant, non secus quam humorem in vasibus parum
sinceris reconditum contrahere vitium animadvertisimus.
Itaq; à Cacochymica Scorbutici humoris eaq; perenni af-
fluxione, oppresso ac planè prostrato calore nativo omnium
actionum in homine, cum naturalium, tūm vitalium & ani-
malium opifice , sensim defunctus noster languidior fieri,
spiritibusq; vividis privari cepit, adeò ut jam per aliquot
menses , nullà arte , etiam in lectulo molliori, sani hominis
in modum calefcere potuerit, appetitu insuper planè pro-
strato , unde vires omnes detritæ, intumescentibus pedibus,
apposito quidem, sed ad partes non unito alimento, livore
& quasi mortis imagine apparente in facie intersectâ ac
planè tremulâ voce, deficiente pulsu cum Syncopis crebris
in mortis discrimen manifestum tandem incidit. Atq; ita,
quam ingressus erat, ante annos 58, vita tanquam statione,
in quam à Deo vitæ autore collocatus fuerat, ejusdem im-
perio atq; jussu , inter conjugis ac liberorum gemitus ac la-
crumas vir eruditus ac modestus ipse sine gemitu pie ac
placidè decepsit. Superest ut nos qui viventem amavimus &
coluiimus mortuo quoq; officia debita exhibeamus non so-
lum ipsius causa , cui nihil ad felicitatem qua fruitur per nos
accedere potest sed ut nostram viduæ ac liberis relictis con-
dolentiam testemur , ut nos ipsos conditionibus nostræ in-
ejus exemplo admoneamus. Id autem optimè fieri potest,
si exuvias hujus defuncti frequentia nostra ad sepulturam
deduca-

deducamus ac prosequamur, quod omnes Academiæ no-
stræ cives ultro facturos licet non dubitemus, tamen eo ma-
gis rogamus, monemus & hortamur Dnn. Professores, Do-
ctores, Ecclesiæ Pastores ac ministros, deniq; Nobiliss. ac
Studioſiss. juventutem, ut ad exequias hodie media-
prima in templo Jacobæo frequentes convenient, erga
Facultatis Philosophicæ Seniorem, collegam amicum ac
præceptorem, erga viduam ac liberos marito ac parente jam
destitutos affectionatum suum hac ratione declarent, Deumq; ro-
gent, ut vulneri quod hac viri Clariss. morte corpori Aca-
demico inflictum est quam primum & quam solidissime
medicinam convenientem afferat, ipsamque Academiam
ab omni infortunio tueatur ac defendat. P. P. Rostochij
die 22. Junij, Anno 1623.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn755906411/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755906411/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn755906411/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755906411/phys_0013)

DFG





Quidem diversæ passim Philosophiæ circumferuntur descriptiones, quas singulas, & recensere, longum; & ad rationis, in præsentiarum, libellam revocare, tædiosum foret. Antiquissimam ego primâ facio: tanquā à Philosophorū, quos habemus, Primate latā, omniumque, rectè philosophantium, calculō, hactenus approbatā. Platonis ea est, digna profecto Authore abus tantum voculis, MEDITATIONE, puta, lvatur. Censebat Divius ille Vir, tantò nos evas, quantò vivaciùs consideremus mortem. Ne ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philosopho, circa mortis meditationem reperiamus. Mortem, quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque it, quales esse in morte desideramus. Ea, animum quæ à verò nos abducere, aut aliquam, nomini m notam inurere possunt. Ea est, quæ do, timorem pellit, tranquillitatem inducit; s casuum animum varietates firmat, adversus reddit, quando omnia a beodem impedimentantò paratior sit, sicubi res exiget, statim quando est faciendum, statim exire, quo aliud, tabernaculo suo. Quæ enim ista mortis, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm terris animal, præter hominem, cognitione DE